

LIBRISTI  
DOCT. M. PER APOSTOLICAM SEDE M.

# COMMENDATIO DOCT SANCTI THOMAE DE AQUA PER APOSTOLICAM SEDE M.

INNOCENTIVS PAPA, IN SERM

QVI INCIPIT, ECCE PLVS QVAM SALOM  
HIC, DE DOCTRINA DIVI DOCTORIS, SANCTI THOMAE

de Aquino sacri ordinis Fratrum Prædicatorum, sic ait,

HIVIS DOCTORIS SAPIENTIA, PRÆCETERIS (EXCEP  
Canonica) proprietatem habet verborum, modum dicendorum, sententiarum, ita quod  
numquam qui eum tenuit, inueniatur a tramite ueritatis deuiasse, & qui  
eum impugnauit, semper fuit de ueritate suspectus.

COPIA BVLLÆ APOSTOLICE, IN QVA D OMINV S VRBANVS PAPA SEXTVS,  
in iungit Doctoribus uniuersitatis Tholosanæ, Anno Domini 1379, ut Beati Thoma de Aquino Docto  
nam, tamquam ueridicam & catholicam sectentur, eamque studeant totis uiribus ampliare:  
sic dicens in Bulla translationis corporis prefati Sancti Thome de Aquino.

**V**IRGANS Episcopus Seruus seruorū Dei, Venerabilis Archiepiscopo Tholosano, & dile  
ctis filiis Cancellario ecclesie Tholosanæ, uniuersisq; Magistris & Doctoribus, ceterisq;  
clericis & laicis, in ciuitate & prouincia Tholosana Cömöratibus, Salutis, & Apostolica  
benedictione. Laudabilis Deo in sanctis suis, & in sui maiestate mirabilis, cuius ineffabilis  
prudentia altitudo, nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recli  
ca iudicii, celestia pariter & terrena disponit, & si cunctos eius ministros magnificet  
altis decorat honoribus, & caelestis officiat beatitudinis possessores, illos tamē ut dignis digna repedit, po  
tioribus attollit insigniis dignitatum, & præmiorum uberiori retrubitione prosequitur, quos digniores  
cognoscit, & commendat int̄p̄s excellentia meritorum. Sic & alma mater ecclesia, eius sacra uestigia  
insequens, & exemplo inducta laudabilis, licet uniuersos in regni caelestib⁹ constitutos, studiis honorā  
re sollicitis non desistat, egregios tamē doctores, per quorum perlucida & salutaria documenta, eadem ec  
clesia illustratur, virtutibusque, & moribus informant, libenter & solerter exequitur, quæ sunt dei præ  
missa meditatione perlustans, ad diuinī nominis honorem & gloriam, & ad exaltationem catholice fidei  
salutēmque fidelium, rite censuit, meritoque prouidit, eosdem in uniuersali ecclesia, honorificencia po  
nitis munere, & impendens attollendos. Sane cum sacrum & uenerabile corpus beati Thome de Aqui  
no, ordinis Fratrū Prædicatorum, sit de mandato nostro, ad ecclesiam Fratrū Prædicatorum Tholosanam,  
proximo transferendum, nos attēndentes, quanta a deo sc̄iēta dotatus, ordinem Fratrum Prædicatorum, &  
uniuersalem ecclesiam illustrauerit, ac beati Augustini uestigia insequens, ecclesiam eandem doctrinis &  
sc̄iētiis quām plurimis adorauerit, uolentesque propterea idem corpus speciali honorificientis attoli,  
uniuersitatē uestram requirimus & nortamus in domino Iesu Christo, uobis nihilominus, per Aposto  
lica scripta mandantes, quatenus dictum corpus, cum ad partes eadē transferretur, benigne & hono  
rifice suscipientes, eumque devote ac uenerabiliter pertractantes, faciat ab aliis, quantum in uobis est,  
cum debita honorificentia ac deuotione suscipi & tractari. Volumus insuper, & tenore presentium uobis  
infigimus, ut diū beati Thome doctrinam tamquā ueridicam & catholicam se cōmīni, eamque studea  
nis totis uiribus ampliare. Datum apud montem Flaconem, secundo Kalendas septembri. Pontificatus  
notri Anno sexto.

